

NICOLAI VIGELII IV<sup>E</sup>  
RISCONSULTI



D I G E S T O -  
R V M  
P A R S Q V I N T A :

De obligationibus & actionibus  
ex contractu descendenteribus.



BASILEAE, EX OFFICINA  
OPORINIANA.



DIGESTORVM LIBER TRI=  
CESIMVS SEXTVS:

DE OBLIGATIONIBUS ET  
actionibus in genere.

Absolutis causis iuris lucrativis, dicendum nunc de causis iuris onerosis,  
ut sunt obligationes & actiones ex contractu & quasi contractu, item ex de-  
licto & quasi delicto descendentes. Primi ramen obligationum  
& actionum tractatus generalis pra-  
missendus.

4385

DE OBLIGATIONIS DE-  
finitione, item de naturali obliga-  
tione. Cap. I.

  
**B L I G A T I O** definitur Inst. de  
obligationibus in princip. his verbis:  
Obligatio est iuris vinculum,  
quo necessitate adstringimur  
alicuius rei soluendae secun-  
dum nostrae ciuitatis iura. Vinculum in hac de-  
finitione metaphorice ponitur. Est enim propriè um-  
culam res sive funiculus, quo res aliqua alteri est al-  
ligata. Vt igitur homo rem aliquam alij funiculo alli-  
get, ita tunc quoque contractu vel delicto interueniente  
bonitas iniuncta ligat ad praestanda ea, de quibus inter  
eos convenit, vel quod lex statuit. Ita iuris ligatio dicitur  
obligatio; unde & a ligando nomen traxit. Sequit-  
ur in definitione: Quo necessitate adstringimur  
alicuius rei soluendae. Hoc est quod Paulus  
iurisconsultus loquitur in prin. ff. de action. ex obli-  
gat. ait: Obligationum substantia non in eo  
consistit, ut aliquod corpus nostrum aut ser-  
uitutem nostram faciat, sed ut alium nobis  
obstringat ad dandum aliquid, vel facien-  
dum, vel praestandum. Cum igitur res aliqua ven-  
ditur, simulque de precio consenserit, obligatio qui-  
dem nascitur, non tamen ob hoc emptor statim, tradi-  
tione nondum facta, donatio rei vendite efficitur: sed  
habet tantum venditorem obstrictum ad rem venditam  
tradendam. Vnde fit, ut rem venditam ex causa empti  
condicere quidem possit, vindicare vero non possit. I. si  
ager. so. ff. de rei vendicat. I. seruum. 17. C. cod. II. Hinc  
etiam imp. Diocletianus: Traditionibus (inquit) &  
usuacionibus dominia rerum, non nudis  
pactis transferuntur. I. trad. 20. C. de pacia. Se-  
quuntur in definitione proposita: Secundum no-  
strae ciuitatis iura. Hoc est, secundum actionem à  
iure ciuali eo nomine propositam. Siquidem singule obli-  
gationes, suas certas habent actiones à iure ciuali pre-  
scriptas, certosq; limites constitutos, ultra quos res a-  
ctori non est obligatus. Vnde Pomponius: Deinde (in-  
quit) ex his legibus eodem ferè tempore a-  
ctiones cōpositae sunt, quibus inter se homi-  
nes disceptarent: quas actiones, ne populus  
prout uellet institueret, certas solennesque  
esse voluerunt. I. s. deinde ff. de origine iuri.

20

40

4386

De naturali obligatione.

Ex his collige, licet aliquid natura equum sit, nisi  
tamen iure ciuali eo nomine actio prodita sit, actionem  
ex eo non competere. Vnde cum duplex ius sit, natura-  
le nimis & ciuilis naturale ius obligationem quidem  
parit, ex exceptionem, sed non actionem. Omnis en-  
tem actio iure ciuali prodita est. Hinc etiam alia obliga-  
tio naturalis dicitur, alias ciuiles. Naturalis obligatio il-  
la dicitur, que sola naturali aequitate nascitur, nullo iure  
ciuali suffulta: immo sepe iure ciuali reprobata, ut ex spe-  
ciebus sequentibus apparet. Ciuilis autem obligatio di-  
citur, ex qua iure ciuali prodita est actio, licet ex natu-  
rali iure originem trahat. Sic emptio, venditio, locatio,  
conductio, quamvis ex iure naturali seu gentium de-  
scendat. Lex hoc. 5. ff. de iusticia & iure, ciuilem tamen  
obligationem parit: quoniam iure ciuali actio eo nomi-  
ne prodita est. Naturalis obligatio definitur I. cum amplius 8. 4. in fine. ff. de reg. iuris, his verbis: Is natura  
debet, quem iure gentium dare oportet, cu-  
ius si dem secuti sumus. Huius species sunt, pri-  
ma quidem que ex pacto nudo nascitur. Nam iure na-  
turali ac gentium aequum est pacta quamlibet nuda fer-  
nari. Siquidem Vipianus: Huius edicti aequitas  
(inquit) naturalis est. Quid enim tam con-  
gruum fidei humanæ, quam ea que inter  
eos placuerint, secuare? I. in princ. ff. de pacia.  
Sed iure ciuale ex pacto nudo actionem non dat, sed ex-  
ceptionem tantam. I. iurisgentium. 7. §. sed cum nulla,  
ff. d. et. igitur naturalis obligatio dicenda.

Secunda naturalis obligationis species est, si pupil-  
lus cum aliquo contrahat sine tutoris autoritate. tunc  
enim naturaliter obligatur, I. i. §. fin. ff. de nonationib.  
Ciuitate non obligatur, loquitur. 4. ff. de actionibus  
& obligationibus. Huius exceptionem vide I. cap. 3. ex-  
cept. 1. replit. 2.

Tertia species est in seruo contrahente. Nam ex hic  
ciuitate non obligatur, cum serui iure ciuali pro nullo  
 habeantur sed naturaliter obligatur. I. serui. 13. ff. d. et.

Quarta species est in filio familiæ mutuum pecu-  
niam accipiente. Nam ex hic iure quidem ciuali ad mu-  
tuum reddendum non est obligatus, cum exceptione  
senatusconsulti Macedoniani defendatur, I. i. in prin. ff.  
ad senatuscons. Macedonianum. Naturali uero iure est  
obligatus. Ideoq; solutum ex hac causa repetere non  
potest. Nam ita Vipianus: Soluendo (inquit) non  
repetunt: quia naturalis obligatio manet.

aaaaa 2 I. sed